

1175

126

1827

Mohr

Horatii epodi decimi sexti
interpretatio.

C. Mohr.

Hoc carmen ipso initio belli civilis inter Augustum et Antonium gestu compositum esse, verisimile mihi videtur. Mitscherlich, antequam bellum esset exortum, id scriptum esse contendit, sed ejus sententiam v. l. quo poeta de re praesente, non futura dicit, se felli arbitror, atque in eo tempore ^{notius} Carmen III. hujus libri ponendum esse statuo. Antonius ingentes copias et terrestres et navales paraverat (Liv. epit. l. 132), cui cum Augustus minore exercitu se ^{suisset} opponeret, ^{iter} quid superior bello evasurus esset in dubio erat, cum bellum inciperet. Neque tamen diu post initum bellum Augustum victoriam esse reportaturum, utrumque partium res ostenderunt (Vell. Patere. 2, 84.) Itaque carmen nostrum in primo hujus belli tempore, cum eventus adhuc incertus videri posset, ponendum esse, nemo non videbit.

Horatius carmine III. h. l. civis suos, ne ^{versus} iterum ad bellum civile arma sumerent, monuerat, sed frustra. Omnes, praudentibus consiliis spoliis, furore quodam coeco correpti videbantur, bellumque prioribus gravius coeperat, quo rempublicam, multis jam tempestalibus concussam, in extremam perniciem duci ^{necesse erat} oportebat. Poeta igitur, de reipublicae interitu

non dubitans, tantam civitatem, Dominam totius ter-
rarum orbis, quam nullus unquam externus hostis
labefactare ac minuire, nedum omnino delere potu-
erit, suis viribus in exilium velle, queritur. Gra-
vissimis, quibuscum antea Romani pugnaverant,
hostibus breviter enumeratis, Romam a victoribus
Antonii copiis maxima crudelitate devastatam iri
dicit. Talis omnes cives suos, certe sapientiores, ut
miseriis suis finis imponatur, cupere, consilium
dat, Roma relicta, petendi insulas fortunatas.
^{Quod quia} Quod facilius iis persuadent, Phocaeorum exemplum
ante oculos ponit; deinde eos adhortatur, ut
celerime, quamdiu potestas effugiendi sit, nun-
quam, nisi si totius naturae ordo esset immuta-
tus, se redituros esse, ut Phocaei, jurantes, ili-
neri se committant. ^{Historia Vivida} Vivacissimis denique ju-
cundissimisque coloribus, quo gratius consilium
suum reddat, insulas beatas, quas expectandas
esse antea docuit, describit, omnia bona, qui-
bus aetas aurea abundasse putabatur, ibi a Tor-
³ hominibus ⁴ porcis ⁵ puerisque ⁶ conservata esse ¹ dicens.
Non aborum fidei est, Horatium hoc consilium
ex animo dedisse, ac reapse de fuga cogitasse,
nam magna Romanorum pars tum quoque, cum
urbs a Gallis ferro atque igni vastata erat,

128
Vagos transmigrare voluit, et vix, ut Romae
maneret, a Camillo adducta est (Liv. VI, 50-55.)
Poeta [noster] fore, ut idem malum, quod bello
Gallico urbi accidisset, a victore Antonio ejusque
barbaris militibus adduceretur, ratus, anto-
quam incendium ac ruinas Romae ipse
vidisset, patriam relinquere in animo habuit,
atque in insulas fortunatas, quas vere esse
tum temporis omnes opinabentur, pro-
ficiscendum esse putavit tum propter
earum mitis coelum, omniumque rerum co-
piam, tum quoniam non multo ante Serto-
rius quoque, rebus suis desperatis illas se
conferre voluerat. Si quis negat Horatium
veram suam sententiam hoc carmine osten-
disse, is cum orationibus istis suasoriis,
quas ^{post} feriore tempore, confici esse solitas,
et Quintiliano aliisque scriptoribus notum est,
carmen ^{hoc} nostrum praeclarissimum comparare
michi videtur. Sed tempora, quibus poeta
[noster] vixit, res gravioris momenti viderunt,
bonoque consilio nimis indiguerunt, quam ut
fictae suasori loci fausse videatur. Totius
denique carminis fervor, sententiarumque graves

verum esse id, quod statui, testatur.

Altera jam teritur bellis civilibus aetas,
Suis et ipsa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etruscae Persenae manus
Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer
Horisque rebus infidelis Allobrox;
Nec fera caerulea domuit Germania pube,
Parentibusque abominatus Hannibal:
Impia perdemus devoti sanguinis aetas;
Terisque occupabitur rursus solum.

Eorum jam liberi, quibus vivis bella civilia in-
ciperunt, certaminibus istis furellissimis paene
consumti sunt, atque Roma etiam, quae lat-
terris imperat, suis, non alienis viribus in
exilium ducitur. Hanc urbem, quam nullus
externus hostis, etsi gravissimus, Delere po-
tuit, nos, ad majorum scelera expianda devoti,
ad interitum vocabimus, ac ferae invasatae
hominibusque carentem regionem, quam ante
Romam conditam habitaverunt, revertentur.

Ab illo inde tempore, quo Sylla armis in-
structus urbem intraverat ac postea bellum
civile moverat, usque ad ultimum Augusti
cum Antonio bellum jam quinquaginta

129
sex anni effluxerant: itaque poeta alteram
aetatem, i. e. homines aetatis a bellorum
civilium initio secundae teri sive consumi
jure dicit, si quidem aetas triginta fere
annorum tempus ^{com} amplectitur. Ipsa Roma
cum si positum esse arbitror, ut haec
urbis Ep. 7, 10; nec tamen eorum opinionem
omnino rejicio, qui ^{hoc verbum s. vocabulum} hanc vocem h. e.
idem, quod ^{sua} sponte valere contendunt. Ruit
pro corruit, deletur, passim poeta [nafter] uti-
tur (cf. Od. I. 2, 25 et III, 4, 65). Sententiam, omnium
hostium impetui Romam fortiter resistisse,
poeta hostibus, a quibus res Romana
maxime periclitata est, enumerandis exornat.
Marsi, Samnites, multique alii Italiae populi
Romanorum focii, civitatem ab iis peti-
rant, qua negata, atrocissimum istius
bellum moverunt, quod sociale, vel Mar-
sicum, quoniam Marsi omnium erant
acerrimi, ^{appellatur} audit. Hoc bello, per trien-
nium gesto, si Vellejo fides habenda
est (cf. Vell. II, 15), amplius trecenta millia
hominum perierant. — Valere sequente In-

finiliva apud poetas saepissime invenitur,
in oratione pedestri apud recentiores tan-
tum scriptores (cf. Curtius VII, 7, 7. et IX, 6, 25).
Torsenam, Etruscorum regem, Turgunius fu-
perbi in regnum restituendi periculum
fecisse, Romanosque ei vix restituisse, ex
Livio (II, 9) aliisque notum est. — Capua, Cam-
paniae urbs opulentissima potentissimaque,
diu Romanis metum injecit, ne, occasione
data, imperium sibi vindicare studeret,
temporibusque belli Punici secundi post
cladem Cannensem se totius Italiae caput
fore speravit (cf. Liv. XXIII, 6). Veteres Romani
tres solum urbes in ferris omnibus, Car-
thaginem, Corinthum, Capuam statuerunt
posse imperii gravitatem ac nomen susti-
nere. ^F Stimula virtus Capuae propositum est
pro Capua virtute aemula. — Spartacus
gladiator, qui e Lentuli ludo Capuae cum
aliis ejusdem fortis hominibus eruperat,
perniciosissimum bellum fervile contra

(cf. Cic. de leg. agr. I, 6. et II, 32)

130
Romanos gessit, et multos duces eorum suppe-
ravit, sed tandem a M. Crasso devictus est
(cf. Liv. epit. l. VC. seq. et Vell. II, 30). — Allobroges,
Galliae Narbonensis populus, omnino pro Gallis
dicuntur, qui, ex quo subacti erant a Caesare,
saepè rebellant, quamobrem infideles novis
rebus vocantur. Fortasse poeta priora quoque
cum Gallis bella respicit. — Ingens multitudo
Germanorum, quibus nomen Cimbris ac Teutonibus
erat, Italiam aggressa nonnullos consules, virosque
consularis fugavit, donec ad Aquas Sextias
atque in campis Rauidiis a C. Mario, consule,
et Q. Lutatio Catulo, proconsole, occisione
occisa ^{devictus} est (cf. Liv. epit. l. LXVIII. et Vell. II, 12).
Tube caerulea propositum est pro juventute caeru-
leis oculis praedita (cf. Tacit. de mor. Germ.
c. 4). — Hannibal, quo gravior nullus unquam
hostis bellum Romanis intulit, fortasse, si
fortuna post proelium Cannense melius esset
usus, imperio Romano finem imposuisset,
sed cum et, faustis rebus nimis fretus, negli-
gentius ageret, neque a civibus suis satis

adjuvaretur, Romani et hoc periculum effu-
gerunt. Tunc Hannibal abominatus parentibus
vocatur, quoniam bello illo, quod in Italia fide-
cim annos gessit, magna Romanorum juvenum
capia absorpta est. Abominatus hic sensu gas-
sivo usurpatum est. Eodem modo occurrit apud
poetam nostrum Detestatus Od. I, 1. 25; metatus
Od. II. 15. 15. et Serm. II, 2, 114; proclatus Od. III, 3. 22;
proculatus Od. III, 5. 24; medicatus Od. III, 5. 28;
veneratus Serm. II, 2. 124. Eiusdem paene generis est
immetatus Od. III, 24. 12. et immodulatus De arte
poet. 262. Modulatus quoque Od. I, 32. 5. a non
nullis interpretibus huc refertur, sed hanc
vocem l. l. active, ut jam Mitscherlich, fecit
explicare malim. — Devoti sanguinis — qui jam ipsa
origine ad Romam perdendam, ac maxima mala per-
pelienda destinati sumus, cum ^{simus} fœderatis, civiumque
suorum caede contaminatis parentibus nati. fimas.
Feris casus tertius est, per Graecismum ab Ho-
ratio usurpatus. Quod solum a feris occupatur
habitaturque, id vastum incultumque esse opor-
tet. Simili imagine poeta utitur Od. III, 3. 40-42.
Rursus poeta dicit, quoniam ante urbem condi-
tam quoque hanc regionem ferae possederant.

131
Barbarus heu! cineres insisset victor, et urbem
Eques sonante verberabit ungula;
Quaeque caret ventis et folibus, ossa Quirini,
Nefas videre, dissipabit insolens.

Barbari Antonii milites, Augusto victo, Romam in-
cendio delebunt, ac superbissime se gerentes, ne ma-
jorum quidem sepulcris parcent. — Antonius Aegyptos,
Sacas, Aethiopes (cf. Od. III, 6. 14) aliasque externos popu-
los sibi adjunxerat, quos, si Antonius Augustum
superaret, urbemque caperet, plurima maximaque
fecera patraturus esse verisimile fuit. Quo magis
civibus suis spem tot tantaque mala effugiendi demat,
consilioque suo, quod mox daturus est, tanquam unico
remedio, eos accommodet, facinora nonnulla, eaque
ex Romanorum religione sceleratissima, quae barbari
isti facturi sint, ante oculos ponit poeta. Insisset
cineres dictum est pro insisset in urbe in ruinas
reducta, incendio deleta. Horatius h. l. Cons. pro Stale.
utitur, vult enim exprimere sententiam, fore, ut Roma
a barbaris comburatur. — et urbem eques sonante
verberabit ungula i. e. equites barbari, nam bar-
barus et ad victor et ad eques referendum est, per-
citer insultabunt urbis ruinis. Quod proprio equus
facit, docte equiti adscriptum est, quippe qui equum
regit. Sepulcra majorum apud plurimos antiquita-
tis populos religiosissime colebantur, eorumque violatio

imprimis apud Romanos nefandissimum ^{dum} scelus
habebatur, poenisque puniebatur gravissimis
(cf. Cic. Tusc. I. 12). Itaque cum sepulcra violare
^{vel} jam per se nefas esset, eo majoris sceleris
crudelitatisque fuit, Romuli, Romae conditoris
ossa dispergere, ac ventis et soli, quibus antea
non exposita erant, objicere. — Carere aliquis
aliqua re vulgo dicitur, si quid ei deest. (cf. Cic.
Tusc. I. 36 — carere hoc significat, egere eo, quod habere
velis, inest enim velle in carendo. —) sed etiam non
raro, si quidam abest, atque hoc ^{hac significatione} ^{et v. 16} verbum hic usurpa-
tum est illud verbum. sic ^{sacris} passim apud Horatium;
cf. Od. II, 8, 12; Od. II, 10, 7, 8; Od. II, 14, 13; Od. III, 26, 10;
Od. III, 27, 39; Ep. I, 1, 42. Quia etiam apud Ciceronem
carere hoc ^{ita} sensu interdum ^{occurrit} occurrit; cf. pro Roscio
Amer., 20; pro Ligario, 2; de amicitia, 6; Tusc. I, 12. —
Male Mitfcherlichius nefas videre! ad ossa tantum
refert, cum potius ad totam periodum: ossa Quiri-
ni dissipabit insolens, pertineant. Nam et si
nostro loco satis commodus ^{sententia} sensus efficitur, si
nefas videre! modo ad ossa refertur, tamen ossa
Romuli ab insolentibus barbaris dissipari videre,
certe eodem et fortasse maiore jure nefas appellari
potest. Itaque jam ^{vel} propter huius loci nexum hoc

132
procastare videtur, sed etiam, ^{id} quod plus valeat,
ejusmodi exclamationes; ni fallor, semper ad totam
periodum, non ad unum tantummodo verbum refe-
rendae sunt; quod ut probem, nonnulla exempla
afferam. Conf. igitur: Od. III, 24, 30 — quatenus, heu nefas!
virtutem incolumem odimus. — Od. II, 6, 17 — sed palam
caplis gravis, heu nefas! heu! nescios fari pueros
Achivis ureret flammis. — Virg. Aen. VII, 73. — Lavinia
virgo visa, nefas! longis comprehendere crinibus ignem.
Virg. Aen. VIII, 688 — sequiturque, nefas! Aegyptia conjux. —
Virg. Aen. X, 673 — Quare, nefas! omnes infanda in
morte reliqui? — C. Nep. Hann., 6. — pulsus, incredibile
dictu! biduo et duabus noctibus Adrametum per-
venit. Virg. Georg. II, 30. — Quiri et, caudicibus sectis,
mirabile dictu! traditur e fice radix oleagina
ligno. — Virg. Aen. IV, 132 — cui, quot sunt corpore
plumae, tot vigilis oculi subter, mirabile dictu! —
Virg. Aen. IV, 454. Vidit, thuricremis cum dona im-
poneret aris, horrendum dictu! latices nigrescere sacras,
fusaque in obscaenum se perdere vira cruorem. —
His omnibus locis exclamationes ad totam perio-
dam pertinere, nemo non facile videbit, itaque
nescio, cur nostro loco ab usu loquendi recedendum
sit. Vossius quoque eadem, qua ego, sententia fuit;
vertit enim: & Quiri non dubit! —

Forle, quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quaeritis laboribus?
Fortasse omnes, aut certe meliores ex me quaeritis,
quibus rebus effici possit, ut calamitatibus atque
aerumnis istis liberemini. — Vario modo hunc locum
interpretati sunt viri doctissimi. Rutgers pro quid
conjectit quod, atque conjungit: Forle communiter,
quod expediat (quod optimum sit), aut melior
pars cet. Bensl. hanc conjecturam probat, sed
quod expediat interpretatur: quod felix faustum
bonumque sit, recte admonens Rutgers interpretatio-
nem potius quod expediat requirere. Hanc lectio-
nem, cum in duobus cod. exstet, ut Teo notat,
Bothe accipiendam esse contendit, vulgatam omni-
no rejiciens, neque tamen satis refellens. Teo
legit: Forle, quid expediat? et subaudit quaeritis
(potius quaeritis), sed hoc mihi minime Floratia-
num videtur (cf Bothe ^{ius} ad h. l.). Mitsch. anti-
quam lectionem retinet, eandemque jure de-
fendit Gesner. Affert hac causa Tac. Hist. III, 73.
expedire consilia sua i. e. superatis difficulta-
tibus exsequi; et Cic. pro Milone, 4. expedire sa-
lutem i. e. depulsis periculis conservare. Addi
possunt Cic. ad Att. XI, 13, et Plaut. Cap. prob. 40.
Infinitivo, eoque casu quarto passim Floratius substituitur

133
usus est. Affert Gesner Ep. I, 19, 9. — adimam can-
sare severis; Serm. II. 5. 68; Ep. II, 2. 183. Adde
Ep. I, 16, 61; Od. I, 1. 20; Od. II, 16, 40. Itaque vul-
gata lectio certe defendi potest, et exempla
hujus usus loquendi, quae Bothe ^{ius} desiderat, hic jam
nonnulla adsunt, et facili negotio augeri possunt.
Quoniam quid lectio difficilior explicata est, vis credi-
derim quid in contextum pro quod irreprobre, sed po-
tius quod pro quid, praesertim cum duo tantum cod.
hanc lectionem exhibeant. Accedit, quod versus se-
quentes, ni omnia me fallunt, aperte docent, loco nostro
quaeritis idem esse, quod interrogatis, non, quod fluctis;
itaque quaeritis cum Infinitivo conjungi nequit. Ergo
antiquam lectionem omnino esse retinendam arbitror.

(Cont. seq.)

